

ÁNGELA MADRID MEDINA

El Maestre Juan Fernández de Heredia  
y el Cartulario Magno de la Castellania  
de Amposta (tomo II, vol. III)

---

FUENTES HISTÓRICAS ARAGONESAS 79

---

INSTITUCIÓN FERNANDO EL CATÓLICO  
*Excma. Diputación de Zaragoza*

La versión original y completa de esta obra debe consultarse en:  
<https://ifc.dpz.es/publicaciones/ebooks/id/3609>



Esta obra está sujeta a la licencia CC BY-NC-ND 4.0 Internacional de Creative Commons que determina lo siguiente:

- **BY (Reconocimiento):** Debe reconocer adecuadamente la autoría, proporcionar un enlace a la licencia e indicar si se han realizado cambios. Puede hacerlo de cualquier manera razonable, pero no de una manera que sugiera que tiene el apoyo del licenciador o lo recibe por el uso que hace.
- **NC (No comercial):** La explotación de la obra queda limitada a usos no comerciales.
- **ND (Sin obras derivadas):** La autorización para explotar la obra no incluye la transformación para crear una obra derivada.

Para ver una copia de esta licencia, visite <https://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0/deed.es>.

FUENTES HISTÓRICAS ARAGONESAS

79

Ángela Madrid Medina

El maestro Juan Fernández de Heredia  
y el Cartulario Magno de la Castellanía  
de Amposta (tomo II, vol. III)



Institución Fernando el Católico  
Excma. Diputación de Zaragoza  
2017

Publicación número 3534  
de la Institución Fernando el Católico  
Organismo autónomo de la Excma. Diputación de Zaragoza  
Plaza de España, 2 - 50071 Zaragoza (España)  
Tels. [34] 976 288 878/879  
ife@dpz.es



Esta obra forma parte del proyecto de investigación: Arte y Órdenes Militares.  
Patrimonio de las órdenes de Jerusalén en España, financiado por el Ministerio  
de Ciencia e Innovación, Secretaría de Estado de Investigación,  
(MICINN, PN I+D+I, 2008-2011, Ref. HAR2008-00005/Arte).

© Ángela Madrid Medina  
© De la presente edición: Institución Fernando el Católico

I.S.B.N.: 978-84-9911-432-3  
Depósito Legal: Z 462-2017  
Preimpresión: Semprini Edición. Zaragoza  
Impresión: Huella Digital, S.L.

Impreso en España - Unión Europea

## PRESENTACIÓN

El gran maestro de la Orden del Hospital frey Juan Fernández de Heredia, personaje imprescindible de su época, dejó constancia de su gran sentido histórico al promover la enorme tarea compiladora del Cartulario Magno de la Castellanía de Amposta, cuyo original se custodia en el Archivo Histórico Nacional, sección de Códices y Cartularios.

Dentro de la edición del tomo II del mismo (L. 649), que es del que por mi parte me vengo ocupando, éste es el tercer y penúltimo volumen. Se recogen aquí los documentos del 398 al 524, ambos inclusive, que en esta ocasión corresponden a las localidades de Pina de Ebro, en la comarca de la Ribera Baja del Ebro, y de Fuentes de Ebro, comarca de Zaragoza, ambas en esta provincia.

Siguiendo los criterios de transcripción que vengo utilizando, tampoco he procedido a ninguna actualización respecto al texto original en cuanto se refiere a los nombres propios de persona. Personajes que, en gran parte, no son de primera categoría, pero que nos aproximan a la sociedad de su época. Con presencia de la mujer también a nivel jurídico, como fiadora en transacciones mercantiles o como testigo. Y, por supuesto, los donados, que no se olvidan de los pobres y hasta de su alimentación de manera directa.

Tenemos sentencias judiciales, permutas, mandas testamentarias. Aparece la tributación en especies. Se dedica atención al cultivo del viñedo y observamos una preocupación por el medioambiente. Concediendo, como no podía ser menos, importancia al agua, a los molinos y a los sistemas de irrigación.

Está presente una vez más documentación de la Orden del Temple. Nos encontramos, incluso, con alguna disputa de los hospitalarios con los templarios. Aunque también con acuerdos. Y, por lo demás, en este volumen, como en los anteriores, he incorporado el correspondiente índice de personas, aunque por centrarse la documentación que se recoge aquí en Pina y en Fuentes no parecía proceder el de lugares.

**EL CARTULARIO**

**Tomo II (3ª parte)**

TÍTULO DE LAS DONACIONES DE PINA Y LEXAS DE TESTAMENTOS

398<sup>1</sup>. [I]n Christi nomine et eius gracia. Hec est carta donacionis quam ego Ildeffonsus, Dei gracia Aragonensium rex, Bar/chinone comes et Provincie marchio, libenti animo et spontanea uoluntate, dono atque concedo uobis omnibus homi/nibus, tam maioribus quam minoribus de Pina, christianis siue sarracenis, qui modo ibi estis uel in antea ibidem/ stare, ueneritis que aperiat is bocheram vnam aquam habundantur habere ualeatis in illa bochera de Alfrancha/ et inferius ubicumque melius uobis erit aut accipere uel aperire uolueritis, sine omni contrarietate aperiat is et aqua/ habundanter de flumine Iberis accipiat is et açut ubicumque uolueritis faciat is.

Adhuc autem dono/ et concedo uobis, ad manutenendum illud açut de Pina, omnes illos sotos que sunt de illa Marcholla de Re/chart, ubi monebat illam thalionam de Garcia de Pola in suso usque ad illum sotum de Palazno, ex uestraque/ parte fluminis Iberis.

Hoc totum integro dono et concedo uobis et uestris, itaque ullus homo uel femina/ nisi uos in predictis sotis ullo modo non tallet ligna nec iachet aliquam arborem sine uestro amore et ullah/ forçam nec contrariam ibi uobis non faciant.

Et quisquis fecerit aut istum meum donatium transierit et o/bedire noluerit, concedo et mando ut mei et successoribus meis mille morabetinos pectet. Predictum uero donati/uum sicut superius scriptum, dono et concedo uobis et successoribus uestris ut habeatis illum ad hereditatem et possi/deatis uos et omnis generacio uestra per secula cuncta, salua mea fidelitate et de omni mea posteritate. Signum/(*signo*) Ildefonssi, regis Aragonum, comes Barchinone et marchionis Priuincie.

Facta carta huius dona/cionis in mense septembre, sub era MCCXVI, apud Montis Aragonis, regnante me Ildefonso,/ rege in Aragonie et in Barchinona atque Prouincia. Petro, episcopo in Cesaraugusta. Iohane Frontino, episcopo/in Tirassona. Blasco Romeo in Cesaugusta. Petro de Castellacolo in Calataiub. Michele Sancte Cru/cis in

---

<sup>1</sup> En el margen: "Cómo el rey don Alfonso dio licencia a los homes de Pina, asín christianos como moros, que pudiesen abrir bochera do ellos (borrado *se*) quisiesen en aquella bochera de Alfranchan, sin ninguna contrarietat. Et por mantener aquel açut de Pina dio todos aquellos sotos qui son de aquella Matholla de Rachart fasta el soto de Palazno".

Publ: Ana Isabel SÁNCHEZ CASABÓN. *Alfonso II Rey de Aragón, Conde de Barcelona y Marqués de Provenza. Documentos (1162-1196)*. Zaragoza, 1995, pp. 352-353. Para ella, teniendo en cuenta la fecha en que algunos funcionarios desempeñaron sus cargos, habría un error de datación, siendo la más probable el año 1178. Extracto en DELAVILLE.



Darocho. Petro Ortiz in Aranda. Blasco Maça in Borga. Artallo de Alagone, alferes in Alca/nnyç. Petro Latrone in Belchit. Stephano, episcopo in Hosca. Berengario, fratre rege in abbadía Montis Aragonum,/ marchio in Hosca. Galindon de Nas in Vespén. Petro, filio de Deusaiuda, in Scors. Petro Cor/nello in Morello. Sancio de Podio in Exea. Pelegrino de Castellaçol in Alchecar. Petro Sancti Ui/centii in Elsson. Ferrario de Estada/ in Stadiella. Dodo de Alcala in Pomar. Sançio de Orta,/ maiordomus domini regis in Beratge.

Ego Dominicus de Barbastro, precepto domini regis, hanc/ cartam scripssi fecique hoc sig(*signo*)num.

399<sup>2</sup>. [C]lareaat cunctis tam presentibus quam futuris quod ego Ildeffonssus, Dei gracia, rex Aragonum, comes/ Barchinone et marchio Prouincie , ob remedium anime mee et parentum meorum meorumque predecceso/rum, dono, laudo et concedo domino Deo et beate uirginis Marie et omnibus sanctis eius et domui/ milicie Templi et uobis Belengario Auignone, magister humilis in Prouincia et partibus Ispa/nie, illas escorreduras de omnibus aquis de Pina et de Cambor et suis terminis ad necessa/rium ex illa domo que uocatur Bellog et suis omnibus terminis. Et istas predictas escorreduras/ dono in emendacione ex illa aqua de Raçaçol, que freires milicie dederunt ad illud castrum/ quod dicitur Gallur.

Et mandamus firmiter et districte que nullus sit ausus contra hanc cartam uenire/ et que sit incurssurum nostram iram et habeat de pena centum morabetinos alffonssinos. Et que baiu/lus de Pina colligat istos aureos per mandato sui domini. Et possint predictos freires milicie/ leuare illam aquam de Pina et Cambor per suis terminis de Belloch.

Et que nullus possit contra/decire ullo modo dictam aquam sine dampno quod fuerit ponitum in stablimento de Pina et pro qualicum/que loco freires milicie Templi uoluerint transsire illas escorreduras per predictos terminos/ de Pina et de Cambor habeant potestatem et licenciam transeundi.

Et ego Ildeffonssus, rex Aragonum, per ma/iori uestra securitate laudo et affirmo prefatum donatium uobis fratri Belengario, magistro in Prouincia et/ in partibus Ispanie et uobis Dalmaç de Godet, preceptor de Mirabet et de illa Rippera, et uobis fratri G. de Sant/ Paul, preceptor domus Nouellarum, et uobis fratris P. de Grannyana, preceptor domus Cesarauguste, et omnibus aliis/ fratribus tam presentibus quam futuris, qui sunt et qui fuerunt domus milicie Templi.

Actum fuit hoc in Ce/saraugusta, mense septembri era MCCXXXV. Sig(*signo*)num Ildeffonssus, regis Aragonum, comitis Barchinone et marchio Prouincie.

---

<sup>2</sup> En el margen: "Donación que fizo el rey don Alfonso a los freyres del Temple de las escorreduras de todas las aguas de Pina e de Canbor e de sus términos por aregar aquella casa que es clamada Beloch e todos sus términos."

Testes Artaldus de Alaon, dominus in Alaone. Berengarius de Intencia, dominus Bor-  
ga. Petrus Cornelius,/ dominus in Tahust. Sancius de Orta, maiordomus. Tarinus,  
alferiz domini Regis. Petrus Sancius de Al/thabella de Taraçona iusticie maior domini  
Regis. Ego Bernardus de Valle, domini Regis notarius, hoc scripssi mandato eiusdem  
et hoc signum (*signo*) feci.

400<sup>3</sup>. [I]n Die nomine et eius gracia. Hec est carta donacionis quam facimus ego don  
Nunyo de Fontes et vxori/ mea dona Tota. Damus illa nostra hereditate de Pina a  
Deo et ad illo Hospitale de Iherusalem herema et/ populata, per nominata illa here-  
ditate que fuit de Çalema Ardeuillas, nostro xaricho. Et hunc dona/tiuum damus in  
manu frayre Domingo de Pina et illos frayres ut abstrahant eam de pignoram/ per XL  
solidos et V arrouas de forment.

Testes huius rey sunt don Ramon de Pina et don Mi/chael de Fontes. Facta carta in  
mense madii era MCCXII. Ego Rodericus hanc cartam/ scripsit et hoc (*signo*) fecit.

401<sup>4</sup>. [N]otum sit cunctis tam presentibus quam futuris quomodo nos Petrus de Veral  
et Jordan donamus et laudamos/ atque concedimus domino Deo et sancto Iohane  
Babista et sancto Hospitali Iherusalem et pauperibus eius et fratribus ibidem/ Deo  
seruientibus et tibi fratri Garsie de Pina et omnibus successoribus tuis illum molendi-  
num de/ laruaton, qua habemus cum domo Hospitalis, pro redempcione anime patris  
nostri Atho Galindez.

Ta/lem partem uel rationem quam ibi habemus uel habere debemus aliqua uoce uel  
ratione sic dona/mus et laudamus atque concedimus cum omnibus pertinentiis suis  
et cum omnibus directis suis,/ cum egressibus et regressibus suis, cum uias ductas et  
reductas, cum aquis et açut et cequia, sicut/ melius dici aut intelligi prout ad proffic-  
cium domus Hospitalis et fratrum ad propiam hereditatem,/ per facere inde quidquid  
uolueritis, per secula cuncta.

Et ego Petrus de Ueral, per me et frater meus Jordam, dono/ tibi fratri Garssie de Pina  
et successoribus tuis fidanciam de saluetate secundum usum terre Petro/ de Via. Huis  
rey testes sunt qui hoc uiderunt et audierunt.

Actum est hoc anno ab incarnato Dei filio MCLXXXVI, in presencia dompne Albire/  
et Ximeno de Lusía et Garsie de Orna et Petrus de Arteda et Garsie de Lusía et Petro  
de Sos,/ qui hoc uiderunt et audierunt. Garcia me scripsit et hoc sig(*signo*) nauit.

---

<sup>3</sup> En el margen: “Donación fecha a la horden del Espital de una hereditat en Pina. La qual dona-  
ción fizo Nunyo de Fuentes e su muller dona Toda en termino de Pina”.

<sup>4</sup> En el margen: “Donación fecha por Pedro de Ueral e Jordan de I molendino de lauarton que  
auien con la casa del Spital”.

402<sup>5</sup>. [I]n nomine Domini nostri Ihesuchristi. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Ray/mundus de Pina et vxor mea Bedalmes intromittimus freires Hospitalis in illo donatiuo quod/ iam dedimus eis tali conuincia ut freires Hospitalis reddant nobis terciam panis et uini/ parte de predicto donatiuo in uita nostra.

Et si ego, Raymundus de Pina, moriar ante qua vxor/ mea, medietas de illo fructu sit soluta Hospitali per uoluntatem vxoris mee. Et/ si vxor mea moriatur ante me, ego, Raymundus de Pina, persoluo totum de iamdicta hereditate/ fructum.

Et hoc conuincia fuit facta in presencia dompni fratris Fortuni Cabeça cum consilio/ fratris Galindi de Ual, fratris Dominici de Riela, fratris Petri de Comdom, fratris Vileumi de Sancto Se/uino et fratris Raymundi de Pedrici. Et hoc conuinciencie sunt testes Raymundus de Comdom et Vi/talis de Arbenilo. Et terciam partem fructus de iamdicta hereditate dicit accipere Raymundus de/ Pina et vxor eius in Pina.

Hec carta fuit facta in manu Fortuni Cabeça, comendato/ris domus Hospitalis Jherusalem in Cesaraugusta, era MCCXXV, nonas marcii. Ildefonsus regis/ Aragonum. Willem scripsit hoc signum (*signo*) fecit. Partida es por a.b.c.

403<sup>6</sup>. [N]otum sit omnibus hominibus tam presentis quam futuris quod ego Pelegrin de Ossera et mea vxor Ar/naldeta placuit nobis, bono corde et optima uoluntate, que damus et concedimus a Deo et ad sancti/ Iohan et ad illo Hospital de Iherusalem et ad illos freires ibidem Deo seruientibus, presentis et futuris,/ que damus uobis per nostras animas et per animas parentum et patrum et matrum nostrarum et omnium parentum nostro/rum totam illam nostram hereditatem quam hodie habemus et nobis pertinet in Pina et in termino de Pina.

Casas et casales et eras et uineas et campos et tierras cum illos exarixs totam ab integram, heremam/ et populatam sine ullo retinimento, cum suas aquas et suas intratas et suas exidas sine ullo in/genio et sine ulla mala uoce.

Damus et concedimus uobis totam istam supprascriptam hereditatem ad/ totam uostram propriam hereditatem et uestram uoluntatem facere uos et successores uestros per secula cuncta.

Et isto supprascripto donatiuo facimus et damus in manu et in poder de frater Garcia de Lisa, ma/gister de Emposta, et de frater Fortum Cabeça, comedator de illa domo Cesaraugusta, et de aliis/ fratribus. Et de isto supprascripto donatiuo ut melius sit stabile et firmum ego, don Peregrin, et mea/ vxor Arnaldeta damus ad uobis, frater

---

<sup>5</sup> En el margen: "Conposición fecha entre Ramón de Pina e su muller e los freyres del Hospital de la donación que les auían fecha dius ciertas condiciones".

<sup>6</sup> En el margen: "Donación fecha a la Horden por Pelegrín de Osera e su muller de toda la heredad que ellos auían en Pina, con todas sus pertenencias".

Garsía de Lisa, magister, et uobis Fortum Cabeça et aliis/ uestris fratribus presentis et futuris fidanças de saluedat per bonum forum terre.

De isto dona/tiuo supprascripto quomodo superius scriptum est don Exemen de Artussella. Huius rey/ testes sunt de isto supprascripto donatiuo don Dodo de Alcalá et don Assalit de Gudel. Facta/ carta in mense febrero era MCCXXVI. Martinus scripsit.

404<sup>7</sup>. [I]n Christi nomine. Notum sit cunctis tam presentis quam futuris quod ego, Iouan Testa, et mea mulier donna/ Maria offerimus nos ad Deo et ad sanctissimo hospitali Sancti Redemptori in uita aut in mor/te corpus et anima. Et similiter ego, Iouan Testa, et mea mulier donna Maria damus illo dona/tiuo que dedit nobis domino nostro rex in Pina et in Cambor ad sanctissimo hospitali Sancti Redemp/tori.

In primis prenomintas illas tendas de Abissum usque de sumo celo et illo campo de ui/te longa totum ab integrum et III campos in Cambor extra illo molendino de Talauera, que/ retinuimus per ad nos. Aliud totum prescriptum donatiuum sic damus ad sanctissimo hospitali/ Sancti Redemptori de obtimo corde et spontanea uoluntate, quem habeat saluum et liberum et qui/etum ad hereditate per omni tempore.

Istum prescriptum donatiuum ego, Iouan Testa et mea mulier/ facimus in manu freter Iouan Garcez, preceptor domum Hospitalis, Alfambre et frater Petro/ Xemenez de Falces et frater Sanxo Gallego.

Et similiter nos, freires prenomintos, damus ad Iouan Testa et/ ad sua mulier de caritate per ista supprascripta hereditate octingentesimos solidos de dineros. Et ego Iouan Testa/ et mea mulier donna Maria tenemus nos per paccados de iamdicto auere et stamus de manifesto per/ omni tempore.

Et similiter ego, Iouan Testa, et mea mulier donna Maria sic damus fidancas de saluetate/ ad uos freires prenomintos de iamdicta hereditate per foro de terra don Galindo Antillino et don Galin/do de Pina, illa iusticie. Et nos, freires prenomintos, recepimus illas fidancas.

Et sunt testimo/nias de hoc supprascriptio et uisores et auditores Sancio de Hosca et don Galindo de Osia et don Ra/mon de Comdon et Bidal de Arbilino. Facta carta de hoc supprascriptio in mense decembri in octabas/ natal Domini, era MCCXXXII. Arnaldus scriptor scripsit et hoc signum (*signo*) fecit.

405<sup>8</sup>. [N]otum sit omnibus hominibus tam presentis quam futuris quod ego Iohanis, fillo de Domingo de Castillion, dono me/ a Deo et a la mason de milicie Templi Salamonis, per mea anima et per animas parentum meorum, facio/ medietate a Deo et a

---

<sup>7</sup> En el margen: "Donación fecha a la horden del Spital por Iouan Testa et su muller de aquel donatiuo que el sennyor rey les auía dado en Pina et en Canbor, etc."

<sup>8</sup> En el margen: "Como Johan, fillo de Domingo de Castillón, fizo donación a la horden del Temple depués(*sic*) de sus días de la meytat de sus bienes auidos e por auer".

freires milicie Templi post obitum meum et post meos dias illa me/dietate de quanto he ganado et postea ganare siue terribile atque mobile siue bastiarii.

Sic do/no a Deo et ad freires milicie Templi Salamonis totum prescriptum et fuit factum. Et isto prescripto donatiuo/ in poder de frater Ramon de Lorenç, preceptori domum Çeyde et Pine, et de frater Per de Belloch et de/ frater Domingo de Pedralta et de alios freires qui sunt in domum Templi.

Et similiter ego, Iohanis,/ freires milicie Templi que me donent a mi si estar quiero in illa mason que faciant me quomodo ad/ vno donato. Et ego unoquoque anno done in censsum XII dineros ad domum Templi.

Et sunt testimonias et uisores et auditores de hoc supprascriptio don Sancio, alcaide Quinto, et don Iohanis de/ Enneco Arcez. Facta carta de hoc prescriptio in mense aprilis era MCCXXXVIII.

**406<sup>9</sup>**. [N]otum sit cunctis quod ego, Donatus Pelos, bono animo ac gratuita uoluntate, dono et offero corpus et/ animam meam domino Deo et venerabili domui Hospitalis Iherusalem morte ac uita, in posse et in/ manu fratris Eximeni de Lauata, magistri Emposte et fratris Dominici, preceptoris domus de Pina, et/ fratris Guillelmi, cappellani, et aliorum fratrum.

Et dono predicte domui et fratribus quasdam damos in/ villa de Pina, que afrontant ex vna parte in uia publica et de alia in horto Hospitalis, de duabus/ II partibus in orto et in domibus Arnaldi Equeri.

Dono vnum campum in termino de Pina,/ in loco qui uocatur Azmor. Et ex duabus partibus affrontat in uno braçallo unde rigatur/ et de tercia in campo miliori Templi, de quarta uero in uia publica.

Dono adhuc ibi alios campos,/ qui sunt in monte quorum affrontaciones tacemus, sed quantum sub predictis affrontacionibus inclu/ditur et terminantur, cum introitibus et exitibus, cum pertinenciis suis et melioramentibus.

Omnibus dono et/ in ius et in tenedone cum presenti carta trado domui predicte et fratribus presentibus atque futuris/ ad possidendum et explectandum et ad omnem illorum uoluntatem ibi et inde faciendam in perpetuum.

Et pro/mitto domui predicte seruire et precepta domus seruare in omnibus et per omnia tanque unus ex seruis/ Hospitalis. Et in die obitum mei siquid habuero sit domus predicte.

Et nos frater Eximenus de Lauata,/ gracia Dei magister Emposte, et frater Dominicus, preceptor domus de Pina, et frater Guillelmus, capellanus, assen/su et uoluntate

---

<sup>9</sup> En el margen: "Donación fecha a la Horden por Donat Pelos de unas casas en Pina". Más abajo: "Otra carta ya semblant de aquella".

aliorum fratrum, damus et concedimus tibi Donato Pelos panem et aquam in domo/  
Hospitalis omnibus diebus uite tue et XVI solidos in uno quoque anno pro uestibus ut  
seruias domui/ Hospitalis bene et fideliter, sicut superius scriptum est.

Quod est actum XV kalendas iulii anno MCC primo./ Sig(*signo*)num Donati Pelos, qui  
hoc iussi scribere testesque firmare rogo. Sig(*signo*)num Guillelmi Uasconi./ Sig(*signo*)  
num Petri de Ayerb. Sig(*signo*)num Petri de Alançar. Huius rey testes.

Sig(*signo*)num fratris Eximeni de Lauata, magistri Emposte. Sig(*signo*)num fratris Domi-  
nici de Pina. Sig(*signo*)num fratris/ Guillelmi Capellani. Nos qui eciam nos concedimus  
et firmamus. Guillelmus de Pulcro Loco scripsit cum litteris dampnatis in quarta et in  
VII linea et hoc (*signo*) fecit. Partida es por a.b.c.

407<sup>10</sup>. [I]n Dei nomine. Hec est carta de donatiuo que facimus ego, don Gascón de  
Castellot, et meo sobrino/ don Pelegrín. Placuit nobis, libenti animo et obtima uolun-  
tate, damus Deo et ad domum Hospitalis/ beati Iohannis Babtiste vnas nostras casas que  
habemus in Pina, pro nobis et pro animabus parentum nostrorum, quorum anime/  
requiescant in pace.

Et habent afrontaciones predictas casas de vna parte casas dona María, vxor de/ Gui-  
llem Arnaldo, et de alia parte casas de Hamat Çaadon et de alias duas partes uias  
publicas.

Sicut istas predictas afrontaciones de predictas casas includunt uel diuidunt per cir-  
cuitum sic damus,/ ego, don Gascón, et meo sobrino don Pelegrín, iamdictas casas ad  
hereditate cum suas entradas et suas/ exidas de celo usque ad abissum a Deo et ad do-  
mum Hospitalis Sancti Iohannis et a freires qui ibi sunt don Petro/ Johannis, preceptor de  
domo de Pina, et a fratre Marcho et ad frater Bernart de Algayra et a García Arnalt,/   
qui est donato, per fide, sine ingenio et sine ullo retinimento, sicut superius scriptum  
est. Et istas predictas/ casas habeant et possideant iamdictos freires et alii qui uenturi  
sunt per secula cuncta, amem.

Et ego, don Gascón de Castellot, et meo sobrino don Pelegrín, damus fidancias de salu-  
etate de predicto/ donatiuo ad uos don Petro Johanis, preceptor, et ad supranominatos  
freires per foro de terra don Fortum/ de Samolui et don Adam, filio de don Galindus  
de Pina.

Et sunt testes uisores et auditores de/ hoc suprascripto donatiuo don Marcho de Co-  
tanda et don Ramón de Canellas et don Blasco de Ordues/ et Pere Bon. Factum hoc  
suprascripto in mensse septembri sub era MCCXLIII. Dominicus Cal/bet scripsit et  
hoc sig(*signo*)num fecit.

---

<sup>10</sup> En el margen: “Donación fecha por Gaschón de Castellot, de la horden del Spital, de vnas  
casas en la uilla de Pina”.

408<sup>11</sup>. [M]anifestum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Garcia, filius de Arnaldus Egua/rizo, placuit mei, libenti animo, que dono meum corpore et offero me ipsum a Deo et a beate genitricis/ Marie et ad sancti Ihoanis Babbiste et ad illos pauperes de Oltramar et ad illa domo de Sancti Iohannis de Pina./ Et dono ibi vnas casas meas et vno orto et vno campo in termino de Talauera.

Et habent afronta/ciones predictas casas de vna parte horto de Hospital et de alia parte casas de Hospital (*cruz*<sup>12</sup>) et de alia parte vi/nea de Gascon de Castellot et de alia parte horto de Hospital et de alia parte via. Et illo campo habet a/frontaciones de vna parte campo de Mahomat Alguasqui et de alia parte campo qui fuit de Gui/llem de Murcia et de alia parte cequia et de alia parte uia.

Sicut istas affrontaciones de predictas casas et/ de predicto orto et de predicto campo includunt et diuidunt. Sic dono ego, Garcia supprascripta hereditate/ ad Deo et ad illa domo de Sancti Iohannis de Pina ut habeat et possideat dictam hereditatem per secula cuncta,/ amem.

Et ego don Lopp, que teneo locum de nostro magistro don Belenguer de Mirallas, accipio tibi Gar/cia per donato et dono tibi panem et aquam in domo Sancti Iohannis de Pina, per omni tempore sicut unum donato/ in tali pacto que tu facias mandamentum de qualicumque preceptor fuerit in illa domo propter de tuas manus/ non caues neque seques neque ares si non fuerit de tua uoluntate. Et tu, Garcia, non habeas po/testatem de mittere te in alia ordine omnibus diebus uite tue ni ordinem Sancti Iohannis et tu caliges/ te et uestias te.

Et hoc fuit factum per mandamentum de mi, don Lopp de Grisenich, tenenti locum/ de magistro et in presencia don Petro Iohannis, preceptor de Pina, et de don Michael de Orcia et de Michael, saçer/dos, et de frater Domingo de Torrent et de frater Domingo de Oreia et frater Ramón, caluigero. Et Gar/cia non siat mutatum de illo baiulo de Pina omnibus diebus uite sue sinon fecerit falimentum/ unde exire debuisse.

Et sunt testes uidentes et audientes de hoc supprascripto don Fortunio/ de Samuilui et don Petro Marcueyllo et Vital de Arbello et Domingo Nauarro. Facta carta in/ mense nouembri sub era MCCL. Dominicus Calbet scripssit et hoc sig(*signo*)num fecit./ Partida es por a.b.c.

409<sup>13</sup>. Veniam nullus in carne ponitus mortem euadere potest. Idcirco ego, Gonbaldus de Tremezeto, sanus/ mente, infirmus corpore, facio testamentum meum in meo

---

<sup>11</sup> En el margen: “Donación fecha a la horden del Hospital por García, fillo de Arnald Eguarizo, de vnas casas e vn huerto e vn campo en término de Talauera”.

<sup>12</sup> A pie de página correspondiendo a la llamada dice: “et de alias duas partes uias. Et illo orto habet affrontaciones de vna parte casas de Hospital”.

<sup>13</sup> En el margen: “Testament de Gonbald de Tremazet, en el qual lexó a la horden del Spital dos caualllos e tierras, armas et toda quanta heredat auía en Pina”. Debajo: “Otro tramsumpto ya de esti testament”

ultimo sensu et memoria firma, in/ obsidione dannate, constitutus et conuoco huic testamento meo V probos testes ydoneos, vi/ delictet fratrem Petrum Valeis et fratrem Bertrandum de Maillone, freires Hospitalis, et Iohanem de Bayon,/ milite, et Petrum Lopiz de Odma, milite, et Bertrandum Albalistarium, per quos rey ueritas probetur si questio/ fuerit habita de bonis meis post mortem meam.

In primis dimitto Hospitali equum meum quem habeo/ in exercitu et alium qui mei dicet uenire de Mesana. Et loricam cum caligis ferreis et omnia alia armatura/ cum toaillis et toaillons et duobus bocallis de stagno et cum lecto meo completo et cum remptorio et cum/ medietate panis et uini et carnis que omnia mei debent afferre de Mesana Bernardus de Bor/ges et Iohannis de Poyo.

Alia uero medietas panis et uini et carnis diuidatur inter homines meos per manum/ Iohannis de Baon, militis, et Bertrandi Albalistrarii et fratrem Petri Ualeis et Bertrandi de Mailent. Dimitto/ Hospitali omnem hereditatem meam quam habeo et [habere debeo] [...] et meis terminis, cum domibus et casibus, terris et uineis, cultis et incultis, cum molendino et [cum omnibus] aliis que ibi habeo et habere/ debeo.

Et rogo dominam Sanciam, vxorem meam, venerabilem et dilectissimam, ut hoc meum testamen/tum faciat modis omnibus obseruari et Hospitale faciat possidere libere et secure in perpetum, quod ei dimi/tto pro remedio anime mee et ipsius et parentum meorum. Dimitto preterea Bertrando Albalistrario cen/tum XXXV morabetinos alfonssinos, quos mei mutuo tradidit in fide mea, pro quibus anima mea est scilicet/ obligata cum omnibus bonis meis.

Vnum rogo dominam carissimam vxorem meam ut ipsa sol/uat sibi ad uoluntatem dicti Bertrandi uel filiorum eius, quod si non fecerit anima sua teneatur Deo/ et nichilominus ipsi Bertrandus et filii sui possint accipere sua auctoritate, sine clamor alicuius curie/ de rebus meis tantum que bene peccati sint ad <inde> suam uoluntatem.

Instituto filios meos heredes/ pro equis partibus. Et si aliquis ipsorum decesserit sine legitimis, reuertatur eius porcio ad alios. Et sit/ de omnibus usque ad vnum. Et si omnes decesserint sine legitimis reuertatur eorum hereditas in gradu/ proximoribus constitutis.

Siquis autem filiorum meorum contradixerit hiis que dimitto Hospitali et Bertrando/ Albalistrario habeat hoc solum quod sibi debetur iure nature, iure institutionis et aliud totum habeant alii/ filii mei.

Volo tamen que donna Sancia, vxor mea venerabilis et legitima, persoluat debita mea de/ meo mobili. Et sit tutrix filiorum meorum quamdiu stare uoluerit sine marito. Si autem virum/ accipere uoluerit, habeat dotem suam et donacionem propter nupcias quas sibi feci.

Dimitto in super/ Iordani de Baon DCCI tarinos, quos mei debent a freire Bernardus de Borges et Iohannis de Poio. Dimitto pretera mulam/ meam dicto Iohani de Baon ut



uendat et soluat debita mea que feci in exercitum et apud Accon et si non suficit precium/ ad soluenda debita persoluat <debita> Iohanis de Baon de suo.

Hec est ultima mea uoluntas quamquidem ualere uolo./ Et si non ualet iure testamenti valeat salute iure codicilli uel iure cuiuslibet ultime uoluntatis. Huius rey/ testes rogati sunt Iohanis de Baon, Petrus Lupiz de Odina, milites, Bertrandus Albalistrarius, freire, Petrus Ua/leis, freire, Bertrando de Mailem, freires Hospitalis. Et est manifestum.

Actum est hoc XV kalendas iulii anno/ ad incarnatione Domini MCCXVIII. Sig(*signo*) num Gonbaldi de Tremezeto, qui hoc testamentum fieri iusii/ firmaui, laudauit testisque firmare rogauit. Et ego, Thomas, cononicus cesariensis scripssi hoc rogatus./ Die et anno quo (*signo*) supra.

**410**<sup>14</sup>. [N]otum sit cunctis quod ego don Iohan de Sauallan, cum consilio et uoluntate de meo filio Bernart et meus/ nepus Egidius, concedimus et damus et oferimus ad Deo et ad beati sancti Iohanis de domo Hospitalis Pina, pro remissi/one peccatorum nostrorum et parentum, damus in donatium unum nostrum campum que habemus in Pina, in termino/ de la Gasconya, uobis frater Bernart Bonet, teneti locum preceptoris et successores uestri.

Et habet affrontacio/nes dictum campum ex vna parte campum de donna Maria, mulier qui fuit don Domingo Man de Mel, et/ ex alia parte campum de Mahomat Alaçon et de alia parte campum de Domingo Martin et de quarta parte/ campum de don Ferrer de Donat Gascon. Sicut iste afrontaciones includunt et diuidunt per circui/tum.

Sic damus in donatium dictum campum ad hereditatem uobis frater Bernart Bonet et successores uestri/ et ad domo Hospitalis cum introitibus et exitibus suis, sine engannyo et sine mala uoce, ut habeatis et pos/sideatis saluum et liberum et quietum per vendere et per dare et per alienare et per facere inde totam/ uentram propriam uoluntatem uos et successores uestri nunc et in perpetuum.

Et ut melius sitis firmi et securi/ ego, don Iohan de Sauallan, et meus filius Bernat et meus nepus Egidius damus uobis, frater Bernat Bonet,/ tenenti locum preceptoris et successores uestri, damus fidanca de saluetate per forum terre per saluare dictum/ donatium et per omni tempore don Domingo Sarannyena, qui habitat in Pina. Et ego, don Domingo Sarannyena,/ concedo me fidança.

Testes sunt de hoc predicto don Pedro de Sant Per et don Domingo de donna Antona./ Facta carta mense medio era MCCLXXX. Petrus Sancius scripssit et hoc signum (*signo*) fecit.

---

<sup>14</sup> En el margen: “Donación que hizo don Sauallan con uoluntad de su fillo Bernard a la horden del Hospital de I campo situado en Pina”.

411<sup>15</sup>. [S]epan todos que yo, don fray Miguel Pérez de Fuentes, de la orden del Espital de Sant Johan de Ça/ragoça, atorgo et reconozco en uerdad que don Pero Martínez, hermano mio, collie a mi en part e partíe/ con mi los bienes de mi padre e de mi madre, exceptado aquellos que romanieron por pagar los/ deudos.

E ya sea que ante que entrasse en orden ouiesse feyto difinimiento a mi padre e/ a mis hermanos que part no los damandasse e a mi el dicho hermano en part colliese aquellos bienes/ que a mi en la partición tocaron, do e deseparo luego de present al Espital de Sant Iohan saluos los/ fruytos que end aya en mi uida.

Primerament do al dicho Hospital de Sant Iohan e al prior e a los/ frayres de aquel lugar el campo de la Puent del Pozadero a los Espinos que afuerta con car/rera pública et con campo donna Toda Pérez de Janoas. Et el malluelo de la Aljazira, el qual/ afuerta con vinnya donna Toda Pérez de Janoas y con uinnya de Iohan Pérez del Son. Et el campo/ del Salobrar, el qual afuerta con el Salobrar e con cequia. Et vn campo al Almunnyue,/ la qual afuerta con vinnya don Martín Sánchez de Elisenda e con Reganyual.

Et el casal que/ fue don Domingo Sacristán, que afuerta con casas de los abades e de Pero López de Biel e con casas de Andreo e con/ carrera pública. Et otro casal que se tiene con aquel que affuerta con casas que fueron donna Domenga Lobera/ e con carrera pública et con muro de la villa.

Como las afrontaciones, los dichos campo (*sic*), el dicho majuelo en/ sierran, si aquellos entregament al Espital de Sant Iohan e a los frayres de aquel logar do e atorgo,/ saluo a mí en uida los fruytos, e de present los end iusto por dreyto e propio heredamiento del Espi/tal e de ellos.

E sines contraria e embargo de mí e de los mios ayan e possedexcan los dichos campos e/ el dicho majuelo a dar, vender, camiar, ayllenar e fer lures propias uoluntades a todos tiempos.

E vna obli/gación que yo auía feyta a Iohan Martínez, nieto mío, de DCCC sólidos, que él auía firmado con carta pública sobre/ los dichos lugares, atorgo e confiesso emendar e enpenar de mi ánima que fue feyta por cubierta e/ que rend aquellos dineros non deuo a él.

Ante tiene vna carta de reconnoçimiento que el dicho Johan/ Martínez fizo a mí, que quitaua aquella obligación. La qual carta tiene por mí donna Toda Lópiz,/ muller de García de Luna et null hombre de mi generación que contra est donatiuo uerná o querrá ue/nir, todo peccado et toda carga que yo deuiesse auer a mi ánima sea sobre él o sobre ellos.

---

<sup>15</sup> En el margen: “Cómo fray Miguel Pérez de Fuentes, de la horden del Spital, fizo donación a la dita horden de todos qualesquier deudos que él auía de su padre en Pina”.

Et sea feyta/ esta carta a consello de sauios e pro e bien del Espital, non contrastant en ninguna cosa al dicho Espital el difinimiento que feyto auía a mi padre e a mis hermanos porque después auíe los/ dichos bienes.

Presentes testimonias don Ramón Punyent, vicario de Fuentes, e don Domin/go Bonet, capellán de Sant Miguel. Feyto X días exient de agosto era MCCCXXXV. Sig(*signo*)no de mí, García López de Luna, notario público de Fuentes, qui de las notas recibidas por/ don García de Luna, padre mío, notario de Fuentes deffunto, a mí liuradas por la/ justicia e los jurados e concello del dicho lugar esta carta de la nota saqué en forma/ pública e con mi signo acostumbrado la çerré.

412<sup>16</sup>. [I]n Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus atque futuris quod ego, Raymundus de Pina, dono et ofero me ipsum,/ dono Deo et sancto Hospitali Iherusalem morte ac uita in manu Ildeffonssi, castellani Emposte,/ et fratris Peregrini et Rodrici et de Domingo de Pina.

Itaque iam a modo deinceps ego non habeam/ potestatem nec licenciam me ipsum dandi nec dimittendi ad ullam aliam religionem nec ad ali/am obedienciam nisi sancto Hospitali Iherusalem.

Et post obitum meum ego, iamdictus Raymun/dus de Pina, et uxor mea Nabedalmes, nos simil donamus Deo et sancto Hospitali predicto, amore/ mei et redempcionis anime nostre, III vineas nostras cum terra in qua sunt plantare et VIII cafiça/tas terre.

Et affrontat vna ipsarum terrum vinearum de vna parte in via que discurrit ad serram/ Goçam. De alia parte in cequia de Salobre. De tertia parte in uia que uadit ad molenidinum/ de Lop Arcez. De quarta parte similiter. Et alia vinea affrontat de vna parte in uinea de Bergoni,/ quam partiuit cum ipso. De alia parte in cequia de Salobre. De tertia in campo de Alabuç. De quarta/ in uia publica de Sarragoça (*sic*). Et tertia vinea afrontat de vna parte in campo de Nacari/tas. De alia parte in braçal. De tertia in uia que discurrit ad Serberils. De quarta parte in/ partida de Bergom.

Et de istas VIII caficatas terre predictas habet vnum campum de/ tribus caficatis in loco qui uocatur Canarrizam et ad braçal de Bezerruç, II campos de tribus/ cafiç et ad brazal que est subtus uillam de Pina, IIII campos de duobus cafiç. Et istas meos/ VIII kaficatas terre fuerunt hereditatis Martino Becha.

Totum istum honorem predictum, sicut su/perius scriptum est, donamus ego, Raymundus de Pina, et vxor mea Nabedalmes domino Deo et sancto Hospi/tali Iherusalem.

Tali pacto ut post obitum mei, Raymundi, totum iamdictum honorem sit predicti Hospi/talis et fratrum Hospitalis in perpetum ad uoluntatem faciendam Hospitalis et fratrum cum exitibus suis et re/gressibus et terminis suis et pertinenciis et cum omnibus

---

<sup>16</sup> En el margen: "Donación feyta por don Ramón de Pina".

suis affrontacionibus et cum omnibus iusse haben/tibus, sine engannyo Hospitalis et sine ullo malo ingenio.

Et que ego, Raymundus de Pina, tenera et/ possidera in uita mea istud honorem predictum et que faciam de censu iamdicto Hospitali vno quoque anno/ in nuli domini XII dineros dum uixerero. Post mortem meam omnis honor, sicut superius dictum est, reuertatur/ iamdicto Hospitali, sine ullo impedimento et absque alio uinculo.

Facta carta XIII kalendas marcii/ anno ab incarnatione Domini MCLXXVI. Sig(*signo*)num Raymundi de Pina. Sig(*signo*)num Na/bedalmes, vxoris eius, qui hanc cartam donacionis fieri iussimus, firmamus, laudamus et testes/ firmare rogauimus. Sig(*signo*)num Lobarcez. Sig(*signo*)num Porterius, qui sunt testes huius rey.

(*Signo*) Virgilius, qui hoc scripsit rogatus atque iussus. Cum litteris supprascriptis in V<sup>a</sup> linea. Sud die et anno/ quo supra.

413<sup>17</sup>. [I]n Dei nomine. Ego, donna Sanya, dono me ipsam, dono Deo et sanctissimo Hospitalis Iherusalem et sancti Jo/hanis Babtiste et pauperibus eius corpus et anima, morte ac uita. Ita tamen ut a modo deinceps non/ habeam potestatem nec licenciam dandi nec dimittendi alicui ordini nec ad ullam aliam religi/onem nec ad aliam obedienciam. Nisi sanctissimo Hospitali Iherusalem et pauperibus eius et sim obediens/ qualicumque preceptori ego habuero.

Et ego iamdicta Sanya dono totum hoc quod michi laxabit/ Petro de Borgalaroç ad sanctissimo Hospitali Iherusalem. Scilicet CC solidos super illa hereditate de Pina/ et centum solidos super illa hereditate de Alcannyz et omnia mea roppa, quam ego habeo. In super quano/ magister Hospitalis uoluerint, ego, iamdicta Sanya, acipiam signum sancte Crucis et habitum Hospi/talis sine ullo vinculo.

Et hoc donatiuo fuit factu in manu Garcia de Pina, preceptori, et frater Iohanis et frater Guillem Gay et frater Petro Nauarro. Testes uisores et auditores don Ga/lindo de Pina et don Martin et don Per de Orta et Per Guallyart et Bernard/ Aqueron et Enneco de Garcia Dent. Leuita scripsit et signum (*signo*) fecit.

414<sup>18</sup>. [I]n Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego, don Lopp Arcez de Pina, in meo sensu et in mea loquela, ponitus/ in infirmitate, facio meum destinamentum et laxo meum corpus et meam animam dono Deo et sante/ Marie et sancto Johani et Hospitali Iherusalem ut sepeliant me in ciminterio de Sallellas.

Et laxo cum me in/ simil predicto Hospitali meum equum et meas armas de fust et de ferro. Set uolo et mando/ ad mea Jusiana, mea uxor; que vendat meum equum et persoluat inde meas debitas. Et dono, la/xo et concedo predicto Hospitali in locum caballi mei vna mea vinea quam ego habeo in termi/no de Pina, ubi uocatur Podio de Arenas ab integro.

---

<sup>17</sup> En el margen: "Donación feyta por dona Sania".

<sup>18</sup> En el margen: "Destinamentum dompni Luppi Arcez de Pina".

Que uinea habet afrontaciones ex vna/ parte vinea de Raymundo de Pina, de alia parte vinea de Petro de Barcelona, de tercia parte via/ publica, de quarta parte braçal vnde se rigat. Adhuc laxo predicto Hopitali totam medie/ tatem de illa hereditate quam ego habeo in Pina et in suis terminis, quam fuit de meo patrimonio, cum/ ab integro heremam et populatam, cum omnes alias meas hereditates ubicumque eas habeo et habere/ debeo heremas et pupulatas.

Casas, et casales, molinos et molinares, ortos et ortales et campos et uineas/ et sotos et eras et cum omnibus aquis et pertinenciis suis et cum omnibus directis suis et cum omnibus in/ trotibus et exitibus suis, per facere inde omnes suas propias uoluntates fratrum predicti Hospitalis et eorum suc/cessorum in perpetum.

Et laxo ad mea germana dompna Oria illam aliam medietatem de illa hereditatem que/ habeo in Pina, ex parte de meo patrimonio, tracta predicta uinea de Podio de Arenas. Et laxo dompne/ Jusiane, vxori mee, totum meum mobilem. Et mando que faciat cantare pro anima mea quinque/ mille missas et donent ad comedere ad V mille pauperes.

Et laxo et mando que totam istam/ supprascriptam hereditatem teneat et possideat dompna Jusiana, vxor mea, in omni diebus uite/ sue et persoluat omnes meas debitas et pensset de mea anima sicuti ego confidus in illa. Et post obitum suum remaneant predictas hereditates predicto Hospitali, sicut superius scriptum est.

Et hoc testa/mentum facio cum auctoritate et uoluntate dompne Jusiane, vxoris mee. Et sunt sponanleros de/ hoc supprascripto destinamento don Martin de Pina et don Petro Mercuello. Factum fuit hoc destina/mentum in presencia fratris G. de Liesa, magister Emposte, et fratris Galin Torto et fratris G. de/ Pina. Facta carta et destinamento in mense nouembri sub era MCCXXI. Dominicus scripsit/ et hoc signum (*signo*) fecit. Partida es por a.b.c.

415<sup>19</sup>. [I]n Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego, Dominicus Blanco, sanus et letus in mea memoria, dono domino/ Deo et beate Marie et beati Johannis Bapstiste et pauperum jerosolimorum meum corpus et meam animam ad se/ pulturam domus Hospitalis. In super dono meas domos, quas habeo in Pina et meas uineas et campos et aquarium hodie habeo uel in antea potero inquirere.

Terminatur predictas domos et habent afron/ taciones de parte de çerç domo sua filia, de alia parte orto de Sancta Christina, de alia parte Bidal de Arbillero,/ de alia parte uia publica. Terminatur uineas, prima uinea habet afrontaciones de parte circi/ vinea de Garcia Blanch, alia parte Domenga, mea filia, alia parte braçal vnde se rega, de/ alia parte similiter braçal. Alia vinea habet affrontaciones parte circi braçal vnde se riga,/ alia parte vinea milicie, alia parte Domenga, mea filia.

---

<sup>19</sup> En el margen: "Cómo Domingo Blanco lex todo lo suyo que tenia en Pina a la Religión".

Quantumcumque istas affronta/ciones includunt uel diuidunt, dono domino Deo et sanctissimo Hospitali per remedium anime mee/ et remissio omnium peccatorum meorum et parentum meorum, in tali uero pactum que non habeam licenciam dare ad aliam religionem nisi ad domum Hospitalis. Et isto donatiuo non habeam licenciam vendendi nec inpignan/di in tali pactum ut dum uixero in hoc seculo habeam licenciam vendendi in isto supprascripto donatiuo.

Et/ post obitum meum freires Hospitalis recipiant meum corpus cum medietatem meum mobilem et altera me/dietate sit de mea femina, nomine Guillelma. Similiter, post obitum meum mea femina G. uiuat in/ isto supprascripto donatiuo dum uixerit et non habeat licenciam vendendi nec inpignorandi. Et post obitum/ suum remaneat totum integrum domum Hospitalis.

Hoc fuit factum in manu frater F. Cabeça, magister/ Emposte, et frater Alfons de Aluero et frater Guillem de Corriana, preceptor de Pina et Per Oliuer.

Actum est hoc in era MCCXXX. Testes de hoc supprascripto qui audierunt et viderunt Iohan Docho, Per de Robert,/ frater Martin Capellan, que hoc scripssit et de manu mea hoc signum (*signo*) fecit. Partida es por a.b.c.

**416.** [N]otum sit cunctis tam presentis quam futuris quam ego Per Esteuan, filio de don Per de Orta, dono me et offero ad Deo/ et sanctissimo Hospitali Sancti Iohannis Pine et facio me frater in uita aut in morte, cum quantum habeo in Pi/na meo et que me tetigit de meo pater et tetigere dabet, sedente et mouente, totum ab integrum, ere/ mum aut populatum. Cum exiis et regresiis suis in manu fratris Garsie de Arinçano, preceptor domus/ Hospitalis Sancti Iohannis Pine et frater Gassion de Milion et frater Monihe et frater Steuan. De hoc supprascriptio don Pe/tro Marcuerlo et don Ramon de Conellas. Facta cara de supprascripto ultima epdopmada menssis marcii/ era MCCXXXII.

**417**<sup>20</sup>. [I]n Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Ramon, Dei gracia Cesarauguste episcopo, solto et/ aquitio et definisco illo meo quarto quod mei pertinet uel pertinere debet in illa uinea et in illo campo/ que fuit de Per Esteuan de Pina, quod laxauit ad suum obitum ad domui Hospitalis et fratribus ibidem/ seruientibus.

Et habet affrontaciones ista iamdictam uinea de la Gasconnya que est in termino de Pina de/ vna parte uinea de Maria Auorera et de suos hermanos et de alia parte illa cequia et de tercia parte braçal vnde/ se regat. Quomodo iste affrontaciones includunt uel diuidunt per çircuitu ista iamdicta uinea et isto/ iamdicto campo, sic solto et aquitio et definisco domui Hospital per me et per successores meos, per secula cunc/ta, per XXX solidos de dineros que accepi de uos fratribus et sum inde pacato et sto inde manifesto omni tempore.

---

<sup>20</sup> En el margen: “Disternimiento de don Ramón, episcopo, de lo que le pertenecía sobre vna uinia e campo a Pedro Esteuan de Pina”.

Ego Raymundus, Cesarauguste episcopus hoc sig(*signo*)num facio. Factum est hoc in presencia frater B. de Cas/tellacolo, preceptor Çaragoça, et frater Garcia Licano. Factum est hoc anno ad incarnatione Domini MC/XCV. Partida es por a.b.c.

418<sup>21</sup>. [H]oc est translatum uerbo ad uerbum scriptum. In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego,/ Garsias Arnalt, bono animo et spontanea uoluntate, dono me Deo et sancte Marie, genetricis eius, et ad sanctissimo/ Iohani et ad domui Hospitali jherosolimitani et ad fratribus ibidem, pauperibus Deo seruientibus, in manu/ et in potestate frater Eximenus de Lauata, magister Emposte, et ex aliis fratribus predictum domum in tali uero pac/to que magister deinde in antea non habebam potestatem, dandi nec mutandi me ipsum ad aliam reli/gionem nisi sanctissimo Hospitali.

Et hoc conuenio uobis per bonam fidem et sine ullo ingenio ut hoc attendam/ et fideliter compleam sicut melius dici uel intelligeri potest, ad utilitatem primum meum et domui Hospitalis.

Et dono ibi meo de meis rebus CC solidos dineros et vno ortal quem ego compraui de don Gascon de Castellot et/ de don Pelegrin. Et in antea de omni mobilia mea post meos dies omnem medietatem de hoc quod ho/die habeo uel in antea potuero lucrari.

Et de alliam medietatem ex omni meo mobile et que habeam/ potestatem fecere inde omnem meam uoluntatem ubicumque uoluerit ego que magistro nec preceptor in/ omni uita mea non faciant mei iniuria nec grauamem de omni mea, set post obitum meum, sit sicut superius scriptum est.

Et ego, frater Exemenus de Lauata, Dei gracia magister Emposte, cum consilio et uoluntate fratrum nostrorum, scilicet fratris Enechi, capellani nostri, et fratris Martini Petriç de/ Iuuera, preceptor Cesarauguste, et fratris Petri Iohani, preceptor Pine, et fratris Nicholai, preceptor Re/molinos, et fratris Calbeti, clauigero, et aliis fratribus predictae domus Casarauguste, per hanc donacionem/ dono tibi, G. Arnalt, in domui Hospitalis omnibus diebus uite tue panem et aquam, sicuti vni ex fratri/bus.

Similiter adhuc dono tibi que ego nec successores mei non habeamus potestatem ad sedendum tra/here te in alio loco, scilicet extra domus Pine. Set ibi possideas et requiescas omnibus diebus uite/ tue.

Tamen, si ego, G. Arnalt, uoluerit accipere habitum Hospitalis in ipsa hora que magistro Emposte/ et fratribus eiusdem domus donent me ipsum et accipiant me in fratrem, sicut aliis fratribus, sine ullo obsta/culo et retentu.

Et ego, frater Eximenus de Lauata, Dei gracia magister Emposte, dono et concedo huius donacionis,/ sicut superius scriptum est et de manu mea hoc signum (*signo*) facio. Et ego, frater Petri Iohani,/ preceptoris Pine, concedo huius donaciones. Et ego, fra-

---

<sup>21</sup> En el margen: "Cómo García Arnalt dio todo lo suyo a la religión de Sant Johan".

tris Nicholay, preceptor Remolinos, concedo huius/ donaciones et manu mea signum (*signo*) facio.

Actum est hoc mense madio sub era MCCXLII. Et ego, fratris Enech, qui capellani iussudum magistri, hanc cartam dictaui concedendo huius donacio/nis et de manu mea hoc signum facio. Petri Iohani, qui hanc cartam scripssit.

419<sup>22</sup>. [M]anifestum sit omnibus hominibus que ego, dompnus Marchus de Cotanda, cum atorgamento et uolun/tate de dompna Marchesa, vxor mea, sanus stando et in mea memoria et in bono sensu, dono ad/ uos, don Martin Lopez, meo sobrino, pro mea anima et de mea vxore dompna Marchesa vnas casas/ in Pina et vna vinea et quatuor campos.

